

## MELANCHTON Y CARRANZA

### Préstamos y afinidades

(Continuación)

#### 4. *De libertate christiana*.

Hemos llegado al cuarto de los textos paralelos, sin duda uno de los más interesantes desde el punto de vista del cotejo que venimos haciendo. El tema, y el término mismo, de «libertad cristiana» había recibido singular realce desde que Lutero le dedicara una de las tres obras de su trilogía famosa<sup>95</sup>. También Melancthon en un primer esbozo de sus *Loci* apuntó al tema desde una perspectiva que subsistiría en redacciones posteriores más amplias. Así, cuando en 1520-21 dice que la Ley antigua quedó anticuada después de Cristo, añade que, quien posee el espíritu de Cristo y confía en El, queda libre de la ley en un doble sentido: 1) Porque nos infunde espíritu que nos empuja a hacer el bien, aun cuando no existiese ley alguna. 2) Porque, aunque siempre seamos pecadores y nunca satisfacemos plenamente a la ley, nada debemos a la Ley, porque Cristo la dejó anticuada y abrogada. Aunque pequemos contra la ley, tal pecado no se nos imputa mientras confiamos

<sup>95</sup> El pequeño tratado *De libertate christiana* que forma la trilogía clásica inicial de los escritos de reforma, fue escrito en alemán y en latín, en 1520. Lutero ataca las obras, los ritos y los mandamientos de la Escritura y defiende una liberación interna y espiritual. La obra fue de las más editadas a partir de su aparición y suele incluirse en todas las antologías modernas de Lutero. Puede leerse en la selección de escritos de Lutero, *Obras*, preparada por T. Egido (Salamanca 1977) pp. 155-70.

en que no se nos imputa, puesto que estamos insertos en Cristo y él satisfizo por todos <sup>96</sup>.

El tema merecerá grandes amplificaciones en la redacción de los *Loci* que sigue Carranza, y aún lo extenderá más en la de 1543 <sup>97</sup>.

Desde el punto de vista puramente textual, la copia carranciana mereció particulares clarificaciones por su parte, ya que refiriéndose al original manuscrito de la misma nos dice que estaba escrito por mano ajena «nisi ea pars quae scripta est mea manu, in qua confuto herrorem protestantium de 4º gradu libertatis usque ad finem» <sup>98</sup>. Quedamos con ello advertidos de una adición de propia mano de Carranza respecto al 4º grado de libertad propuesto por Melanchton y del ánimo refutatorio de la misma.

Además, como en casos anteriores, podremos descubrir una cierta manipulación del texto melanchtoniano en la transcripción del mismo. Su primera manifestación salta a la vista: basta asomarse a las páginas siguientes de este trabajo para apreciar espacios en blanco en la columna del texto carranciano, que corresponden a largas omisiones del de Melachton. Por otra parte, los fragmentos entre corchetes en ambas columnas indican otras tantas supresiones y en algún caso sustituciones introducidas por Carranza. Muchas de ellas no tienen especial importancia. Algunas pueden ser más significativas. Así en el n. 3 omite una alusión al «benefitium Christi», y en el n. 4 omite la palabra *fide* en la frase «aprehendunt benefitium Christi». En los nn. 8-9 Carranza margina dos alusiones veladas de Melanchton a los anabaptistas, sus sueños y su afán por disolver el ordenamiento social. Se omite una ejemplificación sobre las leyes mosaicas ceremoniales y forenses (n. 7), y sobre todo la acusación dirigida a los católicos de transferir

96 En CR (*Corpus Reformatorum*) 21, c. 29-30, bajo el epígrafe «Libertas christianorum».

97 *Ibid.*, c. 1037-50.

98 Real Academia de la Historia, *Proceso de Carranza*, II, 906 v. En el curso de su proceso romano dirá, refiriéndose a estas copias, que en ellas «pleraque sunt ibi correcta catholice et respondetur argumentis adversarium, ut est in illo De libertate christiana, ubi mea manu confuto eorum errores, et sic in aliis multis». Archivo Histórico Nacional, *Inquisición*, leg. 4446, f. 65r. En el caso del *De libertate christiana*, además del texto de la copia del llamado Cartapacio 7º (Archivo Histórico Nacional, *Inquisición*, 4447, n. 4, ff. 69v-82v), disponemos de otro incorporado al proceso (Real Academia de la Historia, *Proceso de Carranza*, II, ff. 983x-6r).

el beneficio de Cristo a las ceremonias cultuales (n. 6), así como la alusión denigrativa para los monjes de cargarse con obligaciones suplementarias (n. 5). Queda casi perdida la supresión de la frase «justificatio certa sit» (n. 4). Y se eliminan las múltiples menciones de la imposibilidad de cumplir la ley o de la irrelevancia de su cumplimiento: «Etsi non satisfaciamus», «nemo legi satisfacit», «nec legi satisfaciant», los santos no cumplen perfectamente la ley (n. 4).

En el ya citado 4º grado de la libertad la disensión es más honda. Carranza prácticamente omite el largo texto melanchtoniano, tomando de él de forma resumida los argumentos anticatólicos de Melanchton, y desarrollando por su cuenta el tema en claro contraste con Melanchton. Por simples razones de ahorro de espacio seguiremos disponiendo también en este caso del sistema de columnas paralelas, conscientes de que su correspondencia es mínima. El texto melanchtoniano es simple punto de referencia de la réplica de Carranza en un punto particular y especialmente conflictiva. Hechas estas salvedades podemos pasar a ofrecer los textos:

MELANCHTON CR 458-66  
*De libertate christiana*

[1] [Hic locus cognatus est superioribus, et discrimen Veteris ac Novi Testamenti illustrat. Est autem] pernecessaria cognitio libertatis Christianae; quia ostendit, in quibus rebus proprie sit Christiana iustitia; [quid sit sentiendum de ceremoniis, de quibus omnibus aetatibus extiterunt infinitae disensiones. Ostendit item dignitatem rerum politicarum. Necesses est autem de tantis rebus extare in Ecclesia firmam doctrinam. Porro] docendi causa [quatuor] gradus libertatis Christianae constituemus.

[2] Primus gradus [libertatis Christianae] est, quod non propter legem, sed gratis propter Christum donantur remissio peccatorum et imputatio iustitiae. Atque hic est praecipuus gradus; est que libertas spiritualis [prorsus] nihil ad exteriorem [seu] civilem vitam [pertinens], sed tantum per-

*De libertate christiana*

[1] Pernecessaria est cognitio libertatis christianae, quia ostendit in quibus rebus sit proprie christiana iustitia... docendi causa [aliquos] gradus libertatis christianae constituimus.

[2] Primus gradus est, quod non propter legem, sed gratis propter Christum donantur remissio peccatorum et imputatio iustitiae, et hic est praecipuus gradus; estque libertas spiritualis nihil ad exteriorem [et] civilem vitam, sed pertinet ad certamen conscientiae in iudicio Dei, in quo opus est

tinet ad certamen conscientiae in iudicio Dei, in quo opus est hac consolatione. De hoc gradu loquitur Christus, cum inquit [Ioh. 8, 36]: *Si vos Filius liberavit, vere liberi eritis.*

[3] Secundus gradus est donatio Spiritus sancti, quo credentes vivificantur et reguntur ac defenduntur adversus [saevitiam diaboli]. [Pertinet autem hic gradus ad superiorem], nec ab eo divelli debet; sed docendi causa [discerno]; ut in tali enumeratione [magis conspici varietas beneficiorum Christi possit, et discamus uti utroque beneficio]. In pavoribus conscientiae primus gradus intuendus est; in aliis vitae periculis secundus gradus admoneat nos, ut [nos erigamus et] petamus regi et defendi Spiritu sancto. Et de hoc [secundo] grado loquitur Paulus 2. Cor. 3. [vs. 17]. *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas.* Item. Christus apud Iohan [14, 18]. *Non relinquam vos orphanos.*

[4] [Sed] hoc loco [plurimum refert hoc] moneri de primo gradu: quomodo intelligi libertas debeat seu legis abrogatio. Primum [enim] sciendum est, libertatem seu abrogationem legis, de qua in his duobus gradibus loquimur, prorsus nihil pertinere ad eos, qui non agunt poenitentiam, [hi enim sunt sub lege, hoc est, accusantur et damnantur lege morali], sed tantum ad illos pertinere, qui [fide] apprehendunt beneficium Christi. Et de his tenendum est hoc discrimen: Esse liberum a lege, non esse liberum ab obedientia legis moralis, sed a maledictione legis; [hoc est: Etsi legi non satisfacimus, tamen iam propter aliud, videlicet propter Christum, habemus remissionem peccatorum et imputationem iustitiae, perinde ac si legi satisfaceremus. In hanc sententiam] ait Paulus [Rom. 6, 17]: *Non estis sub lege, sed sub gratia;*

hac consolatione. De hoc gradu loquitur Christus, *Si vos filius liberaverit.* [Vide locum].

[3] 2us gradus est donatio Spiritus Sancti, quo credentes vivificantur et reguntur et defenduntur adversus [diabolum]. [Nascitur hic gradus a superiori] nec ab eo divelli debet; sed docendi causa [separamus], ut in tali enumeratione [conspiciamus beneficia Christi]. In pavoribus conscientiae primus gradus intuendus est; in aliis vitae periculis secundus gradus nos admoneat, ut petamus nos regi et defendi ab Spiritu Sancto. De hoc grado loquitur Paulus, *ubi spiritus Domini, ibi libertas.* Et Christus, *Non relinquam vos orphanos.*

[4] [De] hoc loco [necesse est] moneri [lectores]; quo modo libertas haec intelligi debeat sive legis abrogatio.

Primum sciendum est libertatem vel abrogationem legis, de qua in his duobus gradibus loquimur, prorsus nihil pertinere ad eos qui non agunt poenitentiam, sed tantum ad illos pertinere, qui [per fidem et dilectionem et poenitentiam] apprehendunt beneficium Christi. De istis tenendum est hoc discrimen: Esse liberum a lege, non est esse liberum ab obedientia legis moralis, sed a maledictione legis... de quibus dicit Paulus, *Non estis sub lege, sed sub gratia*, hoc est, certo iam placeatis Deum per gratiam, id est, per misericordiam, non propter legis impletionem... Idem ad Galat. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.*

hoc est, certo iam placetis Deo per gratiam. hoc est, per misericordiam, non propter legis implementationem. [Nemo enim legi satisfacit]. Item ad Gal. [3 13]. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*, [hoc est]: Quia nemo legi satisfacit, ideo lex antea accusabat et condemnabat omnes; nunc non accusat, non condemnat illos, qui per Christum reconciliati sunt. Hoc igitur beneficium est libertatis, quod conscientiae possunt habere firmam consolationem, cum intelligunt gratis donari remissionem peccatorum; item placere iustos per misericordiam, etiamsi in eis adhuc haereant reliquiae peccati, [nec legi satisfaciant]. Sic igitur tota lex abrogata est, ut a maledicto totius legis liberati simus, et alia res proposita sit ad [quaerendam] iustificationem, [ut iustificatio certa sit]. Sed tamen manet lex moralis, quod ad obedientiam attinet, [quia certe Evangelium subiicit nos obedientiae erga Deum. Et quomodo haec obedientia placeat, saepe iam dictum est. Quare autem necesse sit retinere legem moralem, quod ad obedientiam attinet], et econtra liceat omittere ceremonias et iudicialia [Moysi, paulo post dicam].

[5] Augustinus [plerumque] sic tractat. Iusti sunt liberi a lege, quia accepto Spiritu sancto, ultro faciunt ea, quae lex praecipit. [Haec] sententia videtur tantum de secundo gradu libertatis loqui, [non dicit clare de primo gradu, de quo maxime refert doceri conscientias; scilicet, quod haec sit libertas, gratis donari remissionem peccatorum, et iustos placere Deo, tametsi legi non satisfaciant. Deinde meo iudicio satis commodum est, de obedientia loqui νομιμῶς, quod maneat lex quod ad obedientiam attinet.

Quia nemo legi satisfacit, ideo lex antea accusabat et condemnabat omnes; nunc non accusat, non condemnat illos, qui per Christum reconciliati sunt. Hoc igitur beneficium est libertatis, quod conscientiae possunt habere firmam consolationem, cum intelligunt gratis donari remissionem peccatorum, et placere iustos per misericordiam, etiamsi in eis adhuc haereant reliquiae peccati. Sic igitur tota lex abrogata est, ut a maledicto totius legis liberati simus; et alia res proposita sit ad [adquirendam] iustificationem... [Hoc tractat copiose Paulus, ad Galat]. Sed tamen manet lex moralis, quod attinet ad obedientiam; licet tamen omittere ceremonias et iudicialia.

[5] Augustinus... sic tractat: Iusti sunt liberi a lege, quia accepto Spiritu Sancto, ultro faciunt quae lex praecipit. [Ex]sententia videtur tantum de secundo gradu libertatis loqui...

Sic accipiatur et haec sententia Pauli [1. Tim. 1, 8]: *Bona est lex, si quis legitime utitur, sciens quod] iusto non ponitur lex, sed iniusto, [hoc est]:* Omnia legis officia pertinent ad iniustos. Lex accusat et condemnat iniustos. Item: *Lege sunt [cohercendi] iniusti.* Sed iusti sunt liberi a lege, hoc est, non accusantur neque condemnantur lege; [sunt enim propter aliud iusti. id est, accepti. Deinde cum sint iusti, iam faciunt legem, et cohercentur, nec opus est novis vinculis conscientiam onerare. Sicut in ecclesia et apud monachos accidit, ubi subinde novis vinculis oneratae sunt conscientiae, et nullus finis fuit exasperandae legis. Allegabatur autoritas Gregorii: Bonae mentis est timere culpam, ubi non est culpa. Et interim tamen non docebantur homines, ut scirent se fide iustos esse, sed relinquebantur ambiguae et desperandae conscientiae. Istam carnificinam conscientiarum voluit prohibere Paulus, cum ait [1. Tim. 1, 9]: *Iusto non ponitur lex,* quia scilicet lex non accusat neque condemnat iustos; nec iustus, cum iam faciat legem, onerandus est novis legum vinculis. etc.].

[6] Tertius gradus libertatis est, quod Evangelium liberat nos a ceremoniis et iudicialibus legibus, [ut vocant, Moysi]. Hic gradus aliquo modo ad exteriorem vitam pertinet, sed habet causam in superioribus. [Ideo enim Evangelium non requirit Leviticam ceremoniam, quia docet nos gratis consequi remissionem peccatorum. et iustos pronuntiarum per misericordiam propter Christum, non propter ullos cultus aut nostra opera]. Et haec causa est, quare Paulus [Rom. 3. Gal. 2] tam vehementer contendat, ne ceremoniae Leviticae existimarentur esse necessa-

Sicut Paulus, *iusto non est lex posita, sed iniustis,* quia officia legis pertinent ad iniustos. Lex enim accusat et condemnat iniustos, et lege [coercentur] iniusti; sed iusti sunt liberi a lege, hoc est, non accusantur nec condemnantur a lege.

[6] 3us gradus libertatis est quod Evangelium liberat nos a ceremoniis et a iudicialibus legibus... Hic gradus aliquo modo ad exteriorem vitam pertinet, sed habet causam in superioribus [gradibus]... Et haec causa est quare Paulus tam vehementer contendat, ne ceremoniae Leviticae existimarentur necessariae. ne obscuraretur Evangelium de fide... De iudicialibus Moysi sciendum est, ideo ea non requiri in Evangelio<sup>1</sup>, quia Evangelium docet de

1 *Ad marg.:* «De duabus partibus legis perspicuum est abrogatas; de

riae, ne obscuraretur Evangelium de fide, [hoc est, ne beneficium Christi transferretur in Leviticos cultus aut similes etc. Haec est magna et digna causa, quae de libertate, de abrogatione legis tam vehementer contendat, ut videlicet retineri possit firma consolatio conscientiarum, quae docet gratis remitti peccata etc. Praeterea] de iudicialibus Moysi sciendum est, ideo ea non requiri in Evangelio, quia Evangelium docet de quadam aeterna iustitia et spiritali, et interim concedit [nobis] in hac vita [corporali] uti legibus omnium politiarum, in quibus vivimus; sicut concedit omnium gentium [architectonica aut] medicina uti, [aut spatiis dierum ac noctium]. [Et de hoc gradu Libertatis homines moneri necesse est, quia vidimus aliquoties magnos tumultus ortos esse ab iis, qui ignari huius libertatis conabantur legem Moysi in forum revocare].

[7] Sed quaerat aliquis: Cum Evangelium abroget legem [Moysi], an abrogatio de tota lege intelligi debeat? praesertim cum decalogus sit pars legis difficillima; [imo reliquae partes, videlicet caeremoniae ac forenses leges, verius iucunda spectacula sunt quam onera]. Ad hoc respondeo: Abrogatio legis principaliter intelligi debet de abrogatione iuris illius, quod Lex habebat, videlicet quod omnes homines accusabat [et condemnabat]. Sic igitur credenti tota lex abrogata est, decalogus et reliquae partes legis; [quod videlicet alia res proposita est ad quaerendam remissionem peccatorum et iustificationem, quam lex; item, quod lex non condemnat credentes, etiamsi non satisfaciunt legi. Quod quomodo intelligi debeat, supra dictum est]. Hoc modo [praecipue] intelligi debet libertas seu abrogatio de tota lege; quia satis constat, ne quidem a sanctis

quadam aeterna iustitia et spiritali, et interim contendit in hac vita uti legibus omnium politiarum, in quibus vivimus, sicut concedit omnium gentium medicina [aut economia] uti...

[7] Sed quaerat aliquis, cur Evangelium abroget legem, an abrogatio de tota lege intelligi debeat? Praesertim cum Decalogus sit pars legis difficilima... Ad hoc respondeo quod abrogatio legis principaliter intelligi debet de abrogatione iuris illius quod lex habebat, scilicet, quod omnes homines accusabat... Sic igitur credenti tota lex abrogata est, decalogus et reliquae partes legis, [quamvis teneatur ad observan-

---

3º, hoc est, de lege morali, est difficultas. De qua dicitur, quod, quantum attinet ad obbedientiam, non est abrogata; sed quantum attinet ad maledictum legis, abrogata est, facto Christo pro nobis maledicto. Et ita non venit Christus solvere, sed implere legem; solvendo penas pro genere humano, adimplevit quod requirebat lex». *Esta adición pertenece a Carranza.*

opera decalogi perfecte fieri; sunt enim in sanctis reliquiae peccati, etc. Liberat igitur Evangelium [conscientiam] illo horribili onere, videlicet terroribus et morte, quam decalogus incutit. Nam cum Paulus ait [Gal. 3, 9 sqq.], nos a maledictione legis liberari, certe de tota lege loquitur, ac praecipue de decalogo, qui magis accusat et maledicit, quam caeterae partes legis.

[8] Sed dicet aliquis: Si tota lex est abrogata, quare licet omitti ceremonias et iudicialia, non licet autem omitti [opera] decalogi? Respondeo: Ceremoniae et iudicialia [Moysi] sunt externae et corporales ordinationes [certae gentis, et] ad tempus traditae. ac desiturae post Evangelii revelationem, ut in Epistola ad Hebraeos scribitur. Evangelium autem cum de vita spirituali et aeterna concionetur, non requirit illas externas ordinationes [Mosaicas], quia ad vitam corporalem pertinent. [Et tamen quia adfert novam et spirituales vitam, requirit obedientiam erga Deum, praedicat poenitentiam, et damnat vitiosam naturam, reprimat concupiscentiam; ideo requirit spiritualia opera, quae in decalogo docentur. Manet enim in natura hominis notitia naturalis decalogi, seu legum moralium, quae docent nos de hac obedientia. Quare stultum fuerit sic intelligere abrogationem decalogi, quasi omitti posset sicut ceremoniae, cum in mentibus nostris scriptus sit. Caeterum quatenus nos condemnat, opponi debet iudicio naturali Evangelium de abrogatione maledicti, de qua supra diximus.

Hactenus adhuc de vita spirituali diximus. Sed de exteriori et corporali vita sciendum est, quod] quanquam Evangelium non requirit Mosaicam politiam, tamen sicut non abolet [Arithmeticam aut] elo-

tiam decalogi], ut diximus supra. Hoc modo... debet intelligi libertas sive abrogatio de tota lege... Igitur Evangelium [animas] illo horribili onere, scilicet, terroribus et morte liberat, quam decalogus incutit, Nam cum Paulus dicit nos a maledicto legis liberari, certe de tota lege loquitur, et praecipue de decalogo, qui magis accusat et maledicit quam ceterae partes legis.

[8] Sed dicit aliquis: Si tota lex est abrogata, quare licet omitti ceremonias et iudicialia, et non licet omitti [observantiam] decalogi? Respondeo: Ceremoniae et iudicialia sunt externae et corporales ordinationes et ad certum tempus traditae, et desiturae post Evangelii revelationem, ut in Epla. ad Hebre. scribitur. Evangelium autem, cum de vita spirituali et aeterna concionetur, non requirit illas externas ordinationes, quia ad vitam corporalem pertinent... 2, Evangelium licet non requirat mosaicam politiam, tamen sicut non abolet eloquentiam, ita nec jus naturae, hoc est, naturale iudicium de moribus et vita civili. Non enim corrumpit naturam, sed potius sanat et restituit...



quentiam, ita nec ius naturæ, hoc est, naturale iudicium de moribus et civili vita abolet. Non enim corrumpit naturam, sed potius sanat ac restituit. [Retinet igitur ius naturæ, hoc est, ordinationes honestas de coniugio, distinctiones dominiorum, magistratus, iudicia. Naturam enim tolferet, si hoc naturale iudicium deleret. Atque hinc potest existimari, quam stulte iudicent il, qui somniant in Evangelio præcipi quandam Platoniam rerum communionem aut monasticam abdicationem proprietatis. Evangelium enim non constituit novam corporalem politiam, sed in hac exteriori vita vult nos uti iudicio naturali, et subiicit nos præsentibus magistratibus, et quidem iubet parere propter conscientiam. Atque hic exaggeranda est autoritas legum naturæ et magistratuum. Primum ne libertatem nobis sumamus ad detrectandam obedientiam debitam aut ad labefactandam publicam disciplinam: sicut quidam prætextu huius libertatis omnes honestos mores contemnunt, non servant leges de gradibus cognationis, cum tamen ratio naturalis prohibeat coniugia cognatorum in propioribus gradibus. Deinde ne superstitione quadam nos alligemus ad Mosaicam politiam. Christianus iudex debet hæreditates dividere, res iudicare iuxta leges suæ gentis, quia singuli debent suis magistratibus parere. Non igitur debet ordinem iudiciorum aut poenas constitutas a magistratibus mutare. Quare licet furtum punire usitatis poenis, etiamsi lex Moysi aliter punit. Ita de decimis et aliis pensionibus et contractibus non tenemur auctoritate legis Mosaicæ, sed obtemperare debemus præsentibus legibus et ordinariis magistratibus].

[9] Prodest igitur recte intelligere hunc gradum libertatis, non solum ad pacem publicam, sed

[9] Prodest igitur recte intelligere hunc gradum libertatis, non solum ad pacem publicam, sed

etiam ad conscientias confirmandas; quia docet [1. Petr. 2, 13 sq.] [pia et] sancta opera esse, parere [praesentibus] legibus, quamquam sint ab ethnicis latae sicut Ioseph, Daniel [Gen. 41. Dan. 6.] et similes, cum administrarent republicas [ethnicorum] legibus, [tamen pia et sancta opera faciebant] Habemus enim iam mandatum Dei, ut [praesentium] magistratum legibus in hac civili vita obtemperemus. [Imo Evangelium contumelia afficiunt, qui fingunt Evangelium novam quandam doctrinam esse de mutandis politicis rebus, foro, haereditatibus, iudiciis et similibus rebus].

[10] Quartus gradus docet, quid sit sentiendum de Ecclesiasticis ceremoniis, quas Episcopi aut alii homines instituerunt. De his necesse est erudiri conscientias; multa enim pericula offerunt traditiones, nisi haec libertas intelligatur, quae postea recitabimus. Est autem haec summa huius gradus.

[11] Cum in hac vita corporali opus sit certis ritibus. locis ac temporibus, permittit Evangelium in Ecclesia fieri tales ordinationes hoc fine, ut omnia in Ecclesia ordine et sine tumultu gerantur. Ideo certi dies constituuntur, ut sciat populus, quando convenire debeat, certae lectiones instituuntur, ut in scholis, ut commodius doceantur homines. Hi fines sunt corporales; habetur enim ratio tranquillitatis et commoditatis. Eatenus concedit Evangelium fieri ordinationes; quia Paulus dicit [1. Cor. 14, 40.]: *Omnia fiant in Ecclesia decenter et ordine*. Sed praeterea duo docet Evangelium de traditionibus. Primum vetat sentire, quod traditiones ullae, ab hominibus conditae, sint cultus aut pretia, quae mereantur remissio-

etiam ad conscientias confirmandas, quia docet... sancta opera esse parere legibus, quamquam sint ab ethnicis latae. sicut Ioseph, Daniel et similes, cum administrarent rem publicam, [infidelium] legibus [paruerunt]. Habemus enim mandatum Dei, ut [principum], magistratum legibus in hac civili vita obtemperemus...

[10] 4us gradus<sup>2</sup> ponitur hac tempestate a germanis: non esse peccatum, sed licere omittere traditiones Ecclesiae extra casum scandali; ad hoc adducunt illud Christi, *frustra colunt me mandatis hominum*. 2º, illud Pauli ad Colossen. *Nemo vos iudicet in cibo et potu*. Et illud ad Galat. *in libertate qua Christus vos liberavit, state*.

[11] Sed cavendus est hic error: primum, quia Paulus dicit, *omnia fiant* (149 v) *in Ecclesia decenter et secundum ordinem*. Hic autem ordo servari non potest nec vita haec corporalis in totum posset subsistere sine traditionibus humanis. Necesse enim [est] in Ecclesia habere aliquas ferias, quia opus est certis temporibus convenire populum ad docendum. 2º, potestati est obediendum juxta Paulum, sed potestas ecclesiastica condidit traditiones; ergo tra-

2 En *Proceso*, II, 985r: «De este párrafo hasta el fin de la question yva de mano del arzobispo confutando el error de los luteranos, quod In evangelio non tenemur legibus humanis».

nem peccatorum aut iustificatio-  
nem; sicut Christus testatur [Mat-  
th. 15, 9.]: *Frustra colunt me man-  
datis hominum*. Deinde docet  
etiam, non esse peccatum omitere  
traditiones extra casum scandali;  
ita detrahit eis opinionem iustifi-  
cationis et necessitatis. Testimo-  
nia extant apud Paulum. Ut ad  
Coloss. [2, 16.] *Nemo vos iudicet  
in cibo, potu, [parte diei etc.* Lo-  
quitur enim et de Leviticis legibus  
et de humanis traditionibus. Et  
quod inquit: *Nemo vos iudicet*, sig-  
nificat: *Nemo vos condemnet pro-  
pter neglectos eiusmodi ritus*. Et  
ad Gal. [5, 1]. *In libertate, qua  
Christus vos vocavit, state, [et  
ne iterum iugo servitutis subiicia-  
mini.*

ditiones necessario sunt obser-  
vandae.

Ut autem intelligi possit, qua-  
re sit opus hac doctrina de liber-  
tate, recitabimus, quid sequatur  
incommodi, si haec doctrina de li-  
bertate non extet in Ecclesia. Pri-  
mum obscuratur iustitia fidei, cum  
transfertur beneficium Christi in  
traditiones; hoc est, cum homines  
putant se mereri remissionem pec-  
catorum, et se iustos pronuntiari,  
propter tales observationes; aut  
cum sentiunt fidem inutilem esse  
sine talibus observationibus. Ex  
qua persuasione ruunt conscien-  
tiae in desperationem, et amittunt  
veram fidei et Christi notitiam. Se-  
cundo: *Fingunt ineruditi cultus et  
perfectionem esse, tales externas  
observationes, ieiunia et similes  
res, cum econtra cultus et Chris-  
tiana perfectio sint timor, fides,  
dilectio et opera vocationis etc.*  
Tertio: Scinditur Ecclesiarum con-  
cordia: nam cum hi ritus putantur  
esse necessarii, existunt conten-  
tiones, cum suos ritus quaelibet  
Ecclesia pertinaciter defendit; ut  
accidit de Paschate. Quarto: Con-  
sulendum est et piis conscientiis,  
quae si putabunt hos ritus neces-  
sarios esse, nunquam acquies-  
cent. Quis enim unquam obser-  
vavit omnes traditiones? Ideoque

Gerson olim, ut mederetur piis conscientiiis, quaesivit ἐπιείχεται talium traditionum. Et qualis carnificina conscientiarum fuerit, testatur ingens moles Summarum, quae colligunt et interpretantur traditiones. Et his disputationibus ita fuit oppressa Ecclesia, ut interim paucissimis vocaverit attingere scripturam aut meliora discere. Hinc igitur intelligi potest, Ecclesiae necessariam esse hanc doctrinam de libertate, ut haec pericula et incommoda caveri queant.

Paulus [1. Tim. 4, 1] vocat traditiones humanas, de cibus, coelibatu et similibus rebus, doctrinas daemoniorum, quare significat eas plurimum habere periculi. Videndum est igitur, ut illa pericula intelligantur. Iam cum haec vita corporalis non possit in totum carere traditionibus, prudentia adhibenda est, quatenus probandae, et quatenus repudiandae sint, tanquam doctrinae daemoniorum. Tunc enim sunt doctrinae daemoniorum, cum proponuntur tanquam cultus et pretia, quae mereantur remissionem peccatorum. aut cum fiunt carnificina conscientiarum, quasi sint res necessariae ad iustitiam, aut quasi sine eis fides sit inutilis, aut cum finguntur esse perfectio Christiana. Cum haec opiniones affinguntur traditionibus, tunc sunt doctrinae daemoniorum, etiamsi alioqui de rebus mediis loquuntur. Sunt item doctrinae daemoniorum, cum praecipunt ea, quae sine peccato non possunt observari; qualis est Lex de coelibatu etc. Cum igitur tantum habeant periculi traditiones, necesse est in Ecclesia extare doctrinam de hoc gradu libertatis, ut recte iudicari de traditionibus possit; quandoquidem opus est aliquibus traditionibus, ut dictum est, propter tranquillitatem externam.

Quaesiverunt autem et alii ea-

rum ἐπιεικείας. Sed haec doctrina Pauli est commodissima interpretatio, quae docet traditiones habendas esse non pro cultibus, sed pro rebus externis et ἀδιαφόροις, et sentiendum esse, quod sine peccato omitti possint, extra casum scandali. Haec doctrina simul et retinet fidei iustitiam, et liberat conscientias a periculis, et tamen non dissolvit ἐπιεικείαν, quia docet aliquas traditiones in publica consuetudine Ecclesiae servandas esse eatenus, ut scandala caveantur. Sic Ecclesia habet aliquas ferias; non quod observatio feriarum necessaria sit Iudaico more, sed quia est opus certis temporibus ad docendum. Et haec ordinatio observanda est cum intellectu libertatis Christianae. Sed illi peccant, qui vel propter contemptum religionis aut doctrinae non observant ferias, vel exemplo suo nocent aliis. Scienda est enim libertas, sed in usu prudentia adhibenda est, ne cui simus scandalo.

Gerson et alii hac ratione usi sunt: ideo posse traditiones omitti, quia Episcopi non habeant ius onerandi Ecclesiam traditionibus. Sed contra hanc rationem opponitur mandatum de obedientia: quod obedientia sit necessaria, etiamsi potestas abutitur suo iure. Item [Matth. 23, 2]: *Super cathedram Moysi sedent scribae et Pharisei, quaecunque dixerint* etc. Haec cum dicendo exaggerantur, et augetur obedientiae necessitas, profecto perterrefit conscientia. Ideo necesse est quaerere firmam aliquam rationem, quae satis munit conscientias, ne falsa persuasionem de traditionibus opprimantur.

[12] Itaque diluendum est argumentum, quod in hac causa praecipue obiici potest.

[12] Contendunt respondere dicentes quod maior est intelligenda, cum potestas non praecipit

Potestati necessario est  
obediendum,

Potestas Ecclesiastica con-  
didit traditiones,

Ergo: Traditiones necessa-  
rio observandae sunt.

Respondendum est ad Maio-  
rem, quae non est vera. Cum po-  
testas praecipit, ut impia facia-  
mus aut sentiamus, tunc enim re-  
gula tuenda est [Act. 5, 29]: *Opor-  
tet Deo magis obedire quam ho-  
minibus*. Porto traditiones etiamsi  
de rebus adiaphoris loquantur, ta-  
men fiunt impiae et doctrinae dae-  
moniorum, quando cum his opi-  
nionibus proponuntur, quod sint  
cultus, qui mereantur remissionem  
peccatorum, aut sint res neces-  
sariae ad iustitiam Christianam.  
Haec ratio praecipue habenda est  
in conspectu, ut Christi gloria op-  
ponatur illis amplificationibus de  
obedientia. Nam cum ita propo-  
nuntur traditiones, obscuratur glo-  
ria Christi. Transferunt enim bene-  
ficium Christi in traditiones. Ple-  
rumque autem Hypocritae ita de-  
fendunt traditiones; quare neces-  
se est dissentire et adversari  
praecipue docendo. Paulus etiam  
exemplo interdum adversus prae-  
fractos Hypocritas libertatem de-  
claravit. Christus etiam excusat  
Apostolos violantes traditionem  
Pharisaicam Matth. 15. [vs. 2sq].

[13] Haec prima solutio maxi-  
me perspicua et plana est. Sed  
tenenda est et altera. Maior vera  
est de obedientia, qualem requi-  
rit Evangelium. Evangelium autem  
vult in traditionibus relinqui hanc  
libertatem conscientis. In his,  
quae sunt iuris divini, conscientia  
debet necessario obedire pasto-  
ribus; in traditionibus debet eate-  
nus obedire, ut scandala caveat,  
interim conscientia libera est, et  
sentire debet harum rerum liber-  
tatem non posse ulla humana  
autoritate mutari aut aboleri.

Iuxta illud Pauli [Col. 2, 16]:

*impia; tunc enim oportet Deo ma-  
gis obedire quam hominibus.*

[13] 2º, dicunt quod maior est  
intelligenda in his quae sunt iuris  
divini, in quibus conscientia debet  
necessario obedire pastori-  
bus<sup>3</sup>; in traditionibus debet eate-  
nus obedire ut caveat scandalum.  
Interim conscientia libera est.

---

3 Ad mar.: «has voces Christi,  
*Qui vos audit, me audit; qui vos sper-  
nit, me spernit*, interpretantur pro-  
testantes cum pastores ecclesiae ex-  
plicant ea quae sunt iuris divini et  
tradunt illa populis fidelibus». *La adi-  
ción sólo puede ser de Carranza.*

*Nemo vos arguat in cibo, potu, etc.* Item [Gal. 5, 1]: *In ea libertate, qua Christus vos vocavit. state et nolite iterum iugo servitutis subiici.* Quare etiam cum servamus traditiones humanas, tamen non est addenda opinio necessitatis, sed servandae sunt sicut usitata forma vestitus. Hae duae solutiones diligenter considerandae sunt; sunt enim ex ipsis fontibus negotii sumptae, et conscientiam perspicue docent, quid de traditionibus sentiendum sit. Ac prior solutio detrahit traditionibus honorem iustificationis, posterior opinionem necessitatis. Haec scire conscientiis prodest, et tamen meminimus εὐταξίαν esse servandam, in qua opus est ceremoniis, certis locis ac temporibus. Hanc εὐταξίαν dissipare barbaries quaedam est aliena ab humanitate. Dixi de traditionibus et hoc quarto gradu libertatis. Dicemus etiam infra, reverenter sentiendum esse de canonicis ordinationibus et potestate Ecclesiastica, propter sanctissimum ministerium.

Ceterum de ceremoniis a Christo institutis, hoc est, de sacramentis sciendum est, quod observari debeant, quia habent mandata Dei. Et tamen libertas Evangelica docet, quod ceremoniis non iustificemur sine fide, item quod necessitas excuset nos, si impediamur, quo minus uti ceremoniis illis possimus, ut si in aliquo casu non posset alicui contingere baptismus. Is si vere crederet in Christum, tamen sine ceremonia salvus fieret, sicut inquit Christus [Matth. 12, 8]. *Dominus est filius hominis etiam sabbati.* Item, *In Christo consummati estis.* Nec maius est vinculum ceremoniarum in Evangelio, quam in lege Moysi erat. David autem [1. Sam. 21, 3 sqq.] sacris panibus in casu necessitatis usus est. Etsi enim sciebat observandas esse ceremonias tanquam ex-

tornam disciplinam, tamen sciebat se propter aliud quiddam iustum esse, et hanc externam observationem in casu necessitatis admittere aliquam dispensationem. Hanc habent excusationem pii in exteris nationibus, ubi non possunt habere qui porrigant eis integrum Sacramentum.

[14] Sed quam frivola et impia sit ista solutio nullus catholicus non videt et superfluum sit eam argumentis demonstrare vanam.

Si magistratum civilium teneamus obedire legibus, non tantum propter iram, sed propter conscientiam, ecclesiasticis potestatibus cur non tenebimur obedire, cum sint magis necessariae leges istae quam illae? Quod autem illi fingunt quod nos in traditionibus perfectionem christianam quaeramus, remissionem peccatorum et vocemus illas cultus, etc... Ista fingunt illi ex suo cerebro; numquam audivi nec legi apud aliquem mediocriter doctum tanta praedicare de traditionibus humanis, sed quod sint quaedam exercitia christiana in quibus necesse est nos exerceri quamdiu vivimus hanc vitam animalem et in carne, ut subiciamus spiritui et ut populus manu ducatur ad spiritualia per haec corporalia. Et feriae sunt necessariae ut sciat populus quibus temporibus debet convenire ad audiendum Evangelium et ad sacrificia offerenda et ad coenam dominicam.

Deinde in observatione traditionum sani theologi et eruditi dicunt utendum esse epichia, ut cum subest rationabilis causa, potissimum si talis iudicetur iudicio tantum pastoris, liberum sit eas pro tempore omittere; non enim sunt servandae traditiones humanae tam severe quantum leges divinae aut naturales. *Gerson, Cardinalis Caietanus* satis erudite



haec explicant in suis tractatibus<sup>4</sup>.

Non est necessaria in Ecclesia similitudo humanarum traditionum, quamvis aliquando in Ecclesia fuerunt magni tumultus propter dissimilem traditionem, ut Romani Pontifices excommunicaverunt orientales, quia alio tempore celebrabant Pascha et quia utebantur fermento in coena Domini, quae indigna videntur de quibus rixentur christiani; sed Synodus Nicena fecit decretum de dissimilitudine traditionum, ut quaelibet Ecclesia suos veteres mores retineret neque de ritibus inter se rixarentur<sup>5</sup>, et Ambrosius respondit matri Augustini ut Romae servaret romanos ritus, Mediolani mediolanenses<sup>6</sup>. Haec prudentia christiana est necessaria, ne temere excitentur dissidia.

Consensus debet esse doctrinae Evangelii et usus sacramentorum, qui ordinatus est in Scripturis, sicut dicit Paulus, ad Ephes. 4, *Una fides, unum baptisma*. Habet tamen aliquam utilitatem similitudo traditionum, magis enim

---

4 Gerson habla de la epikela en su obra *De potestate ecclesiastica et laica*, c. 12; y en sus *Regulae morales*. Cf. *Opera* (Parisiis 1606) I, 798-9 y II, 9. Cayetano matiza el tema en su comentario a la II-II, q. 120, a. 1 y 2 en la edición de sus obras (Roma 1570) XI, 283-7. Una síntesis sobre la epikela puede verse en DTC, art. *Epikela*, de A. Villien, V, 358-61.

5 Se refiere al estatuto añadido a los cánones de Nicea acerca de las diversas modalidades de la celebración de la Pascua. Cf. *Concilliorum Oecumenicorum decreta*. Ed. J. Alberigo, P. Ioannou, C. Leonardi, P. Prodi y H. Jedln (Barcelona 1962) p. 6.

6 S. Agustín, *Ad Cassulam*, Epla 36, n. 20. PL 33, 145; *Ad Ianuarium*, Epla 54, n. 2 y Epla. 55, n. 22. PL 33, 200 y 214.

conciat imperitos; deinde cum aliquibus ceremoniis et ritibus opus sit propter bonum ordinem commodius est retinere usitatos; quatenus nihil habent impietatis, nam mutatio, praesertim non necessaria, multorum animos offendit, satius est autem conciliare et alere mutuam benevolentiam in Ecclesia.

Traditiones a patribus fuerunt necessario instituendae propter bonum ordinem Ecclesiae, propter disciplinam et ecclesiasticam politiam, quae nullatenus poterat conservari sine legibus et traditionibus, ut vulgus habeat quamdam pedagogiam. Sunt discrimina temporum et varietas rituum necessaria ut possit admoneri populus. Ista causa servandorum rituum annotat *Epiphanius*<sup>7</sup> in disputatione contra encriticam, sicut Josaphat et rex Ninive Jeconias indixerunt. Sunt igitur ad politiam ecclesiasticam necessariae, si tamen sine superstitione observentur, sicut docent catholici doctores nostri.

---

<sup>7</sup> Epiphanius, *Adversus haereses*, lib. 2, 9. PG 41, 849-56.

## LOS TRES PRIMEROS GRADOS DE LIBERTAD: CONCORDANCIAS MATIZADAS

Muy concisamente Melancthon inicia su exposición ligando el tema de la libertad cristiana con los temas precedentes acerca del espíritu y la letra, la ley y el evangelio. La libertad cristiana es además algo que aclara definitivamente la diferencia entre el Antiguo y el Nuevo Testamento, y punto neurálgico a la hora de definir lo específico de la «justitia christiana». Todo induce a pensar que nos hallamos ante un punto cardinal y de suma importancia en la autoconciencia de la Iglesia (n. 1).

Melancthon procede a continuación a desglosar el tema, explayando lo que él designa como *grados* de la libertad

